

915
Joannes Dantiscus orator, Petro Tomicio regni vicecancellario.

334

Reverendissime domine. Oratores serenissimi domini nostri ex conventu electionis præterito dederunt huc inter alios articulos unum, rogando quod sua cesarea maiestas dignaretur dare serenissimo domino nostro literas, quales divæ memoriæ Maximilianus cesar dederat, videlicet promittendo quod sua cesarea maiestas, nolit in aliquo magistro, et ordini in Prussia adherentiam facere, neque auxilia præbere, ubi ipse magister debito non facto in rebellionem conaderet, et bellum facere vellet. Ad hunc articulum responsum mihi est, si haberem huiusmodi literas à cesare defuncto datas, ut ostenderem, si non, ut scriberem quod huc cum primis mitterentur, sua cesarea maiestas velit non solum vestigia avita insequi, verum etiam maiori benevolentia et affectu res serenissimi domini nostri prosequi, et protectionem illarum assumere. Proinde si serenissima maiestati regis videbitur, quod tales literæ huc mihi mittantur, vel saltem copia authentica, quantum in me est, et prout decet fidelem et humillimum servum et subditum sue maiestatis, libenter facturum sum omnia. Nunc enim optima est talium rerum expediendarum

commoditas. Si plaebit mittantur huc, modo ut
scripsi ad dominum Tharzonem Augustum.

[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as ghosting.]